Arnoldus Van Westerhout Serenis: Cels. Francisci Farnesij Parm: et Plac: Ducis Sculptor fecit ann. 1716.

242.49
W52

Arnoldus Van Westerhout Sculp. Romæ sup. perm.

S. Theresia ad huc adolescentula una cum Roderico Germano Fratre, dum acta Sanctorum perlegerent, ut Beatitudinis, et pœnarum æternitatem ambo alto corde reponerent, sepius exclamabant: Semper, semper.

Arnold. Van Westerhout Sculp.

I

S. Theresia septennis ad-huc, domo aufugit, ut in
Aphricam traijceret, ubi uitam pro gloria
Iesu Xpti, et animarum salute profunderet.
Sed à Patruvo reuocatur

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

·II·

Theresia Virgo ardens Martyrij desiderium elemo:
synis Compensabat, iugibus lacrymis deplorans op:
timam sibi sortem fuisse præreptam

Arnold. V. Westerhout Sculp.

B. Theresia Sibi prœrepta Sorte Martyrii ad hiic Adoloscentula de eremis Cogitat, et uni fixa æternitati cum Samaritana exclamat domine da mihi hanc aquam

Arnold. V. Westerhout Sculp.

IV.

Mortua Matre, cum à B.^{ma} Virgine peteret, ut se
Matrem esse monstraret, pij uoti compos effecta, sem=
per perindè ac Filia patrocinio Deiparæ perfruens.

Arnold. V. Westerhout Sculp.

V.

S. Teresia Mundi illecebris, ac Dæmonis artibus forti animo despectis Carmeli ordinem lucidissimo sydere præsignata ingreditur.

Arnoldus Van Westerhout Scul.

VI

Virgo Theresia perlectis D. Hieronymi Epistolis
Mundo Vale dicere, et Carmelum petere
Dæmone perstrepente meditatur

Arnold Van Westerhout Sc.

VII

S. Teresia induitur habitu monastico
Die, qua apud fideles indicitur
Commemoratio omnium Defunctorum

Arnoldus Van Westerhout Scul.

VIII

B. Theresia ope S. Iosephi, cui erat addictissima, a' triennali membrorum contractione ſoluitur.

Arnold. V. Weſterhout. Sculp.

IX

Jesus columnæ alligatus corripit B. Theresiam ge-
nio indulgentem, profusamq in lachrymas ad
S. Magdalenæ pœnitentiam allicit.

Arnold. V. Westerhout Sculp.

X

Christus spinis confixus ait ad Theresiam. Non Vulnerum, quæ mihi olim Iudæi; sed eorum, quæ nunc Mortales Ecclesiæ infligunt, commiserearis

Arnold. V. Westerhout Sculp.

XI.

B. Theresia peracutas inter ægritudines peruoluens Moralium volumen á D. Gregorio conscriptus, pati fortia, et grandia agere docetur.

Arnold. V. Westerhout Sculp

*S. Theresia expendens D. Augustini Confessiones et eam-
dem, quam ille olim in horto vocem auscultans ad arctio-
rem uitā animum adijcit*

Arnold V. Westerhout Scul

XIII.

S. V. Theresia hominum consortia deuitans, Christum sibi dicentem audiuit: Posthàc cum Angelis conuersaberis

Arnol. V. Westerhout Scul.

-XIV-

S. Theresia tàm anxio castigandi Corporis desi=
derio ęstuabat, ùt corpus cilicijs, catenis, urtica=
rum manipulis Sępè cruciaret, et aliquandò intèr
spinas uolutaret, sic Deum alloquens: Domine àut
pati, àut mori

Arnold. V. Westerhout. Scul.

Sponsus electus ex millibus Teresiam sponsam,
Domi forisque comitem se ipsi adiungens, suo
quàm sæpissime recreat aspectu

Arnold. Van Westerhout Sculp

XVI

Amabilis Jesus Crucem, quam a V. Teresia
Ligneam ceperat, Eidem gemmeam, suiq;
Corporis cicatricum notis insignitam reddit.

Arnoldus Van Westerhout Scul.

· XVII ·

S. Theresia tanto diuini Amoris incendio conflagrabat, ut merito uiderit Angelum ignito iaculo sibi præcordia transuerberantem

Arnold. Van Westerhout sculp.

XVIII.

Theresia Virgo dissolui, et esse cupiens cum Christo, Cor à Seraphico Spiritu sibi discerpi placidissimo cruciatu experitur

Arnold. Van Westerhout Scul.

S. V. Theresia spiritu in Cœlum rapto hęc á Iesu percepit: vide, filia, Quibus bonis se priuent peccatores.

Arnold. V. Warterhout Sculp.

XX

S. Theresia Virgo Seraphica

Cælestium contemplationi uacans in aera sepius eleuatur.

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

XXI

S. Teresia Cœloꝝ ambitus mente perluſtrãs
Spiritu et Corpore in æthera sublato
Coelitum Choris meruit interesse

Arnold. Van Westerhout Scul.

XXII

Vna Theresia Deo consiliante maximè arduum
Votum emisit efficiendi semper Quidquid per=
fectius esse intelligeret

Arnold V. Westerhout Scul.

S. Mater Teresia e graduum summitate
Laruis furentibus præceps acta, cōminutis ossibꝰ
singularis patientiæ specimen exhibet.

Arnoldus V. Westerhout sculp. XXIV.

S. M. Theresia excalceatam familiam designat ad propagandum Deiparæ V. honorem ob sacrum Scapulare ab eadem anno 1260 Ordini, et Confratribus donatum Arnold. V. Westerhout Scul.

Christus Theresiam V. reformando Carmelo
intentam his uerbis excitat:
Quid de Mundo, ni forent Religiosi?

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

Suffocatum Dęmonis arte Nepotem sub primi Monasterij ruinis Virgo Theresia Fidei imperio Vitæ incolumem Matri restituit

Arnold V Westerhout ſculp.

· XXVII ·

D. Petrus de Alcantara, qui adhuc in terris degens S. Thereſię Spiritum probauerat, eidem in Cęlis regnans apparet, ac ad promouendam Carmelitarum Reformationem cohortatur

Arnold V. Weſterhout ſculp.

XXVIII

S. Theresia primæuam Carmeli Regulam Anno 1559 amplexatur, eamq; Virginib⁹ an. 1562. Ac Viris Religiosis an. 1568 tradit obseruandam

Arnol. V. Westerhout Scul.



S. Theresia despecto Sęculi fastu, et ab-
dicato prœclari Generis cognomento. A IESV
inscribi uoluit

Arnold. V. Westerhout Scul.

·XXX·

B. Tereſia Deiparæ Virginis monitu
S. Ioseph puriſſimum Ipſius Sponſum
Sibi, suæq. Religioni in Patronum eligit.

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

XXXI

Post familiare colloquium Christus Teresiæ iubet, ut sua conferat cum S. Dominico: Hic perpetuum ergà Reformationem pollicetur auxilium.

Arnol. Van Westerhout Scul.

XXXII.

Maria, et Ioseph Theresiam Virginem
Candida Veste amiciunt, et a'lethali
Culpa inscribunt immunem

Arnold V. Westerhout ſculp.

S. Franciscus, ac B. Clara Teresiæ V. in Car
melo culmen perfectionis inter aduersa molienti su
am opem promittunt

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

XXXIV

*S. V. Theresia hominum inter Ludibria pro Carme-
li instauratione desudans Angelico cantu collau-
datur.*

Arnold. V. Westerhout Scul.

XXXV

S. Teresiæ feruētius oranti Procerum, ac
Plebeiorum agmen Ipsi, et Ordini aduerſan
tium, et futurū à solo Iesu auxiliū demonſtratur.

Arnoldus V. Westerhut Sculp.

XXXVI



Seraphica Mater Theresia Angelicis ditata Virtutibus Familiari Angelorũ consuetudine perfruitur.

Arnold. V. Westerhout Scul.

·XXXVII·

*Seraphica Virgo Theresia ut dilectissima supre-
mi Regis Sponsa coronatur*

Arnol. V. Westerhout Scul:

B. Theresia sacerdoti, quem sacrilìgè celebrantē, et Dęmonum rabie suffocandum diuinitus inspicit, Vęniam, et uitam à Deo precatur, et obtinet

Arnold. Van Westerhout Scul.



Christus Dominus declarat Theresiæ: Quæ pertu=
lerint Fundatores Religionum, eamq; præmonet
asperiora laturam

Arnold. V. Westerhout ſcul.

XL



S. Theresia Deiparę illuſtratione edocta, habitum rudioris panni prò Carmelitis excalceatis designat, eisdemq; proprijs consultum manibus tradit deferendum.

Arnold. V. Westerhout sculp.

Seraphica Virgo Theresia Duruelum petit; inibiq; in B: Ioanne à Cruce, alÿsq; duobus prima à se propagatę in Viris Reformationis fundamenta, Deo grates rependens demiratur.

Arnold V. Westerhout sculp.

XLII.

S. M. Teresia Angelo diuinam iustitiam
Districto ense in Mundum proclamanti
Euangelicos sui Ordinis alumnos obijcit

Arnoldus V. Westerhout Scul.

XLIII.

Diuinus sponsus Teresiam V. terrena calcantem sic alloquitur: Cœlum, nisi creassem, ob te . solam crearem

Arnoldus Van Westerhout Scul.

XLIV

Iesus Dei filius Teresiam Virginem
Cruci perpetuò mancipatam
Clauo peramanter sibi despondet

Arnold. V. Westerhout Scul

XLV

S. Theresiæ urbes longinquas ad Monasteriorum fundationes peragranti millia hominum uenerabundi occurrunt, et sibi suisq. armentis salutem Eius benedictione deposcunt

Arnold V. Westerhout Sculp.

XLVI.

Angelici Spiritus B. Theresiæ V. intempeſta nocte pro Carmeli instauratione iter agenti facibus accensis præcurrentes famulantur

Arnold V. Westerhout fc.

XLVII

Fluminis exundatione Vrbem Burgensem peruadente
B. Teresia ordinis Moniales e periculo euasuras
Sacræ Hostiæ ueneratione promittit

Arnold. Van Westerhout Sculp.

XLVIII

Virgo Theresia audito de diuina pulchritudine Cantico, sensibus per integrum diem abalienata in Sponsum agitur

Arnold. V. Westerhout ſculp.

S. Theresia molestas absentium cogitationes Cœlitus agnoscit eorumq; mentem pÿs exhilarat Epistolis

Arnold. V. Westerhout ſc.

L

Mundi Reparator Tereſiæ V. ſignanter imperat
Nè ceſſet, de quibus fuerat in Empireo
Edocta monere Peccatores.

Arnold. V. Westerhout f.

LI.

*Cœlestis Magister Tereſiam Sponſam
frequenti Sui apparitione dignatus
eam de humanis ac diuinis erudit.*

Arnol. V. Westerhout Scul.

S. Theresia diuino irradiata lumine multa
Cælestis Sapientiæ documenta in quinque
libros dispertita conscripsit

Arnold V. Westerhout Sculp.

S. V. Teresia quicquid ecstasim patiens Mente per:
lustrat, coelitus exaratum Sui Characteris Ad exem
plar inuenit.

Arnoldus V. Westerhout Scul.



S. Teresia inclyta virgo volumen. quod in sacra Cantica diuinitus conscripserat, flam: mis ex obedientia, tradit

Arnoldus V. Westerhout Sculp.

LV



S. V. Theresia mortalem uitam pertæsa cœlesti cibo, diuina uirtute ad ipsam é Miniſtri manu delato reficitur

Arnol. V. Westerhout. Scul.

B. Theresia neglectos dies coràm Crucifixo deplorans SS. Augustini, ac Magdalenæ patrocinio collætan=tibus Angelis dimissa fuit in pace

Arnol. V. Westerhout Scul.

Præpotens Vir ab Inferis præseruatur ob hortum Theresiæ donatum ibi S. Virgine perorante è Purgatorio eripitur

Arnold. V. Westerhout ſculp.

LVIII.

B. Teresia diuinarum in se gratiarum copiam
eo Dauidis præconio celebrat:
Misericordias Domini in æternum cantabo

Arnold V. Westerhout Sculp.

Teresiæ Virgini æmulanti amorem Magdalenæ Mun:
di Saluator suum in illam amorem his verbis testatur:
Magdalenam vivens in terris dilexi Te in Cœlis regnans.

Arnoldus Van Westerhout Sculp.

LX

*Diuinus Amor sub imagine Speciosissimi, ac flam=
migeri Pueri quàm sæpius Theresiæ Sponsæ
blanditur*

Arnold V. Westerhout sculp.

LXI.

S. Teresia satagens Deiparæ Virgini summos honores in Terris tribui, Eamdem in Cœlis coronatam digna fuit intueri

Arnoldus V Westerhout Sculp.

LXII.

S. Teresiæ Sponsæ Amantissimus Dominus
Sacri Lateris Vulnus Conspiciendum
Ac Palpandum tradit

Arnold. Van Westerhout Sculp.

LXIII

Cœli Terræq; Opifex Teresiam V. Summè dilectam
Sæpius uisitans ita Solatur: Sum̃ totus tuus

Arnoldus Van Westerhout Scul.



*Humilis Teresia nil boni se fecisse reputans di:
tatur à Sponso dicente: Quos exāthlaui, dolores
Tibi dono, ut ueluti proprios Æterno Patri offeras.*

Arnold. Van Westerhout Scul.

LXV.

S. Teresia Diuini amoris incendio æstuans, quùm in adſtantem ſponsum feruentius raperetur, Animam ſub ſpecie candidiſsimæ columbæ efflauit

Arnol. Van Westerhout Sculp.

LXVI

S. M. Teresia Ven. Dominicum peste laborantem sanat, eiq; iniungit ut Ordinem, ac suam Canonizationem in vrbe promoueat

Arnold. V. Westerhout Scul.

LXVII